

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De nominibus eius. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

*H.7. Cōf.* hominem in seipsum : secundum illud quod Aug. <sup>4</sup>  
*cap.10. à* dicit in lib. confess. quod quasi audiuit vocem Chri-  
*stie. 20. 1.* si dicentis sibi , Nec tu me mutabis in te , sicut ci-  
 bum carnis tuæ , sed tu mutaberis in me . Potest au-  
 tem aliquis in Christum mutari , & ei incorporari  
 yoto mentis , etiam sine huius sacramenti perceptio-  
 ne. Et ideo non est simile.

Ad tertium dicendum , quod baptismus est sacra-  
 mentum mortis , & passionis Christi , prout homo re-  
 generatur in Christo virtute passionis eius : sed eu-  
 charistia est sacramentum passionis Christi , prout  
 homo perficitur in unione ad Christum passum. Un-  
 de sicut baptismus dicitur sacramentum fidei , quæ  
 est fundamentum spiritualis vitæ : ita eucharistia di-  
 citur sacramentum charitatis , quæ est vinculum per-  
 fectionis , ut dicitur Col. 3.

## ARTIC. IV.

*Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus no-*  
*minibus nominetur?*

429

*inf. q. 79.**a. 2. ad 1.**Cōf. 4. d. 8.**q. 1. a. 1.**q. 3.**\* a. 2. hu-**bius q.*

**A**d quartum sic proceditur. Videtur , quod incon-  
 uenienter hoc sacramentum pluribus nominibus  
 nominetur. Nomina enim debent respondere re-  
 bus. Sed hoc sacramentum est unum , ut dictum est \*. Ergo non debet pluribus nominibus nominari .

**¶ 2** Præterea , Species non notificatur conuenien-  
 ter per id , quod est commune toti generi. Sed eucha-  
 ristia est sacramentum nouæ legis . Omnibus autem  
 sacramentis commune est , quod in eis confertur gra-  
 tia : quod significat nomen eucharistie , quod est idem  
 quod bona gratia . Omnia etiam sacramenta reme-  
 dium nobis afferunt in via præsentis vitæ : quod per-  
 tinet ad rationem viatici . In omnibus etiam sacra-  
 mentis sit aliquid sacrum : quod pertinet ad rationem  
 sacrificij . Et per omnia sacramenta sibi inuicem com-  
 municant fideles : quod significat hoc nomen syna-  
 xis in Græco , vel communio in Latino . Ergo hæ no-  
 mina non conuenienter adaptantur huic sacraméto .

**¶ 3** Præterea , Hostia videtur esse idem quod sa-  
 cri-

erificium . Sicut ergo non propriè dicitur sacrificium, ita nec propriè dicitur hostia .

SED contra est , quod usus fidelium habet .

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum habet triplicem significationem . Vnam quidem respectu præteriti : in quantum scilicet est commemoratum Dominicæ passionis , quæ fuit verum sacrificium, ut supra dictum est \*: & secundum hoc nominatur sacrificium . Aliam autem significationem habet respectu rei præsentis, scilicet ecclesiastice unitatis , cui homines aggregantur per hoc sacramentum: & secundum hoc nominatur communio, vel synaxis . Dicit enim Damasc.\* 4.lib. quod dicitur communio , quia communicamus per ipsam Christo , & quia participamus eius carne & deitate , & quia comunicamus & unimur adiuicem per ipsam . Tertiā significationem habet respectu futuri : in quantum scilicet hoc sacramentum est præfiguratum fruptionis Dei, quæ erit in patria . Et secundum hoc dicitur viaticum : quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi . Et secundum hoc etiam dicitur eucharistia, id est, bona gratia : quia gratia Dei vita æterna . (vt dicitur Rom. 6.) Vel quia realiter continet Christum , qui est plenus gratia . Dicitur etiam in Greco metalepsis, id est, assumptio: quia ut Damasc.\* dicit, per hoc filij deitatem assumimus .

Ad primum ergo dicendum , quod nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari , secundum diversas proprietates, vel effectus .

Ad secundum dicendum , quod id quod est commune omnibus sacramentis attribuitur autonomasti-  
ce ei propter eius excellentiam .

Ad tertium dicendum , quod hoc sacramentum dicitur sacrificium , in quantum repræsentat ipsam passionem Christi . Dicitur autem hostia, in quantum continet ipsum Christum , qui est hostia salutaris: vt dicitur Ephes. 5.

q.48. a.3

li. 4. orb.

fid. c. 14o

à med.

li. 4. orb.

fid. c. 14o